

uum, quod in generatione, omnium consensu, vit prebet, quam materia ex muliere tradita, cum omne agens nobilissimum patienti sit, et de fit filii a patre non a matre virtutem habere oportere. Vnde idē Bal. in d. l. liberos, in eos qui matrum nobilitate gloriantur inuehitur, quos & reprehendunt Hosticof. Io. And. Panos & alij in cap. Rayn. verb. de Clera, de testam. quasi iniusti, & impudenter hi factu quodā superbie sibi cognomina matris asciscunt, quia sint patrib. nobiliores, ex eo arbitantes nobilitate sibi comparari, & dominic. in cap. statum, in 2. de hær. lib. 6. col. 2. notabar, filium arma, & insignia familie patris, non materis portare debere, quibus ad stipulati videtur antiqua Aegyptiorū lex, qua nullus ex eis genitus spudus habebatur, etiā si ex ancilla, aut serua natus esset, teste piot. lib. 2. solum enim putabatur patrem esse generis auctorem, matrem nutrimentū

86 & locum infantū tantum præbere dicebant, quod Aegyptios ab Hebræis accepisse existimo. Etsi enim valde inter omnes naturalis Philosophiæ sectatores controversū sit, num femina in hominis generatione aliud agat, an veto nihil agendo, puram, & solam materiam subiiciat, & minister, hæcque in re tā varia sint placita, & sententiæ, vt potius auctores veritatem occultate videantur, quā quod certo, & pro indubitato fit tenendum docere cupere, illud tamen in primis certissimum est inter eosdem naturæ Hebræos inuestigatores, feminā in fœtus formatione, nec habere vim procreantem, aut efficientem, ne aliquid agere, aut emittere, solūque id quod masculus emittit recipere, fonere, disponere, dirigere, & tandem calore proprio (ne masculi feminis natus deperdat) illud conseruare, quæ est potissima causa, quare ipsi in suis genealogiis texendis (quod hæc gens, vt ipsum torah. seruabant) virorum sēper, feminarum nunquam mentionem faciebant (id, quod 89 & ad caput Mathæi, 1. obseruant interpretes). Nec desit nobilitatibus Latinis aliqui doctissimi viri, qui huic opinioni tanquā certissima, & verissime adstipulerent, inter quos vobis referam præter Paul. Socin. lib. 8. metaph. q. 16. Theophr. Paracels. lib. suo, de fecer. va. quoddam docentem effigere, quod semen vitale receptum arte calorem innatum, conseruare, & fouere valens, eo vsque quoad tempus dispositionis necessitate ad animā de coelo infusione accedat, & tandem ab anima mundi, vt dicit Plato, seu, vt nos, à Deo Optimo Maximo, in corpus infundatur, paulo ab hac sententia discedit, inter Gregos, Arist. lib. de gener. anim. per plura c. & præcipue, lib. 1. c. 2. & c. 7. & lib. 2. c. 4. vbi vitum solum efficiētis in fœtus formatione præstare, nequiquam autem feminam, sed solum exhibere materiam, aperte asserit, quam sententiam etiam uertit Auer. ex Atabib. lib. 2. Colliger, & Auic. lib. 9. de anim. c. 6. Ite ex nostris Latinis D. Thom. lib. 3. sent. dist. 3. q. 7. q. 1.

90 Quamquam non reiciant cum Hippocr. lib. de nat. infant. & Gal. lib. de sem. & lib. de fact. form. omnes fere Medici tam Græci, quam Latini, asserentes, feminam ipse fœtus formatione, non solum feminis virillis substantiā fouere, materiam e sua ministrare, sed & semen emittere, ipsique actiuam virtutem, & agentem facultatem inelle, quod si non ita prælatius, & fecundius, vt maris semen existit, esse tamē prolificum, fecundandum, & vim efficiuam habens, vt inter alios tenet Dyn. Flor. in comm. lib. Auic. de generat. emb. Iac. Forlin. & Io. Fernel. lib. 7. de hom. procreat. c. 6. & lib. 2. de abdit. rer. caus. c. 7. & Franc. Vall. lib. 2. ceterou. c. 6. & fere omnis turba, & schola Medicorū, quorum rationes, & altiarum opinionum solutiones, quæ nostri præcipui instituti non sit, hic referre non in motu habimur, satis ipsa veritate contenti, & vos auctores jã citatos, suis in locis remittendo, ne fortan eorum aliquis vulgati illud mihi ob-

iciat, ne vltra credidā futur, quod tamen ego in bonarum literarum cognitione, qualis est hæc, nunquam admisi, cum illi qui docti hominis cognomē nauare cupit, alienum nihil videri debeat.

Ad Bal. igitur vt redeamus, in d. l. fin. C. de seru. fug. qui his occasione dedit, jam iam aperte, in fallor, vt cumque res se habeat auditis. qua ratione filij non maternam, sed paternam potius conditionem sequi debent, cuius rei verissimam hanc esse arbitramur, quam & nos altius quam alij fecerim ostendimus.

Nec tunc nobis scrupulum aliquem iniicit vulgatum alterum axiomā, in finali argumentationis parte adductum, ex d. l. partum, 7. C. de rei vendic. cum similibus jam relatis quo partū matris conditionē semper sequi satis probatum est. Quoniam id aliam non quidem minus elegantem habet rationem quæ tota ex libertatis favore fluit, seuus gratia plura in iure contra strictam dispositionem constituta esse non ignosci, scripsit Vlp. in l. generaliter, 24. §. si quis, D. de fidei. libert. & alter. l. C. in l. si ita scriptum, 36. & in l. si ita fuerit, 41. D. de manum. rest. l. inter pares, 38. D. de re iud. libertas, 12. a. l. 165. & in l. quoties dubia, 21. D. de reg. iur. l. 1. C. de seru. pign. dat. man. l. vn. C. de comm. seru. man. §. fin. Inst. de donat. l. 2. tit. 22. par. 4. l. 3. tit. 5. p. 5. Sicque partus matrem potius, quam patrem sequitur, quia mater, quod ad statū ingenuitatis, vel seruitutis causam attinet, partui pluribus temporibus accommodari potest in nascenda partui libertate, quam pater ipse. Sit enim mater, vel partus, vel conceptionis, vel medio tempore, dū ventrem tulit libera fuerit, partus quoque sit liber, vt Mart. probat in l. & setuorū, §. §. ingenui, D. de stat. hom. à quo habuit Inst. in §. sed & si quis, de ingen. id quod non est in patre, in quo vnicum tantum tēpus, nēpe generationis, considerari poterat, quia illo solo tempore pater est causa potentior, & effectiua (vt supra adiungimus. Itaque siue qua serua concepit, & gestauit, libera pariat (vt Atescusa illa, de qua Triph. in l. Atescusa, §. 2. de stat. hom.) non dubium est quin liberū pariat, siue qua serua concepit prægnans manumissa est, antea partum iterū in seruitutem redacta, siue libera concepit, & serua postea seper fuit, liberum enim hæc quoque pariet, quia nō debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est, vt ajunt Mart. & Inst. Quæ tria tempora Paul. lib. 2. set. tit. 2. §. complexus est his verbis. Si serua conceperit, & postea manumissa pepererit, liberum parit, id enim fauor libertatis extorsit, si libera cōceperit, & ancilla facta pepererit liberum parit, id eipm fauor libertatis exposcit. Si ancilla conceperit, & medio tempore manumissa sit, rursum facta ancilla peperit, liberum parit, media enim tēpora libertatis prodesse, non etiam nocere possunt. Quæ in questione est inter veteres prudentes diuisiō fuerit id autem crebrius calculo receptū libertatis fauore fuit, & à Inst. probatū, in d. §. sed si quis, & notat Horom. lib. 4. obser. c. 3. Id vero, quod de medio tempore docemus, intelligere oportet de seruitute, quæ iure tantū ciuili introducta est, veluti si se participandi pretij causa, vendi passa sit, non si iure gentium serua esset, vt potē bello capta, tunc enim satis constat natum in eo statu filium seruum existere, quemadmodū in Seruio Tullio vsu venit, cuius mater Ocrisia Regij sequinis mulier bello à Tarquino Romanorum Rege capta, in seruitute peperit, vnde Seruus denominatus est, quasi diuis, vt ait Dion. Neque hæc sententia retenta aliqui oberunt leges in contrarium adductæ, quæ cū de filiis natis ex seruilis conditionis mulieribus loquantur, vt ex eis cō. stat, & latē sup. obseruauimus, ad eandē distinctionem planē sunt referenda. Quibus ex tēporali hanc disputationi, finis accedit.



ANTONII PICHARDI VINVESÆ I.C. HISPANI,

In Salmanticensi Academia Iuris Ciuilis Antecessoris, DISPUTATIO TERTIA.

De Iudicialibus Iudicium sifi, & Iudicatum solui, satisfationibus. In qua è media antiquitate penetrabilibusque veteris iurisprudentia Romana rebus petitis, & discussis nouum ius Hispanum accedit.

In petitione perpetuæ Cathedræ Digesti Noui, ad exornationem, leg. si ante acceptum, 7. D. Iudicatum solui, Cathedræ petitoribus ab Academia assignata.

S V M M A R I V M.

- 1 **S**atisfationes in iudiciis qua ratione, præsentur.
- 2 Satisfationis iudicio sifi originem progressum, & potestatem, qui explicet.
- 3 Vocatus in ius nisi iuret, obtorio etiam collo rapti, & iniuriæ trahi poterat, antestatione tamen prius facta.
- 4 Vocare in ius non citare significat, sed reum ad tribunal Prætoris trahere Cōtra Ioann. Robert. & Ion. Band.
- 5 L. sed & si ite, 27. D. de in ius vocando, leg. si quis ex aliena, §. D. de iudiciis.
- 6 Vocatus in ius ne eat, vadimonium prestare oportet: & quare vadimonium dictum, quod a vocato in ius præstatur.
- 7 Vocatus in ius nisi satisfit aut immobilis possideat Hispano iure in carcerem deturditur, nec extrahitur inde potest, nisi prestauerit fideiusoribus, de la Har.
- 8 Iudicatum solui stipulatio, quid contineat: & eius formula, remissiuæ.
- 9 Iudicatum solui stipulationem, qui prestare teneantur, & infra num.
- 10 Iudicatum solui stipulationem nō præstat procurator, cum dominus in mandatis eam interposuit.
- 11 Iudicatum solui satisfatio ea tabellionū stylo omnibus adijciuntur mandatis.
- 12 Iudicatum solui satisfatio à domino interposita quædo non releuet procuratorem ab onere satisfandi.
- 13 Satisfandi ab onere qui liberetur.
- 14 Iudicatum solui stipulationis tres clausulæ, de re iudicata, De re defendenda, De dolo malo.
- 15 Clausula de re iudicata vis, & potestas.
- 16 Iudicatum accipere debemus ab eodem iudice non ab alio, & infra num. 98.
- 17 Clausula de re defendenda, quid comprehendat.
- 18 Clausula de dolo, quid in hac stipulatio ne contineat.
- 19 Procurator quis sit, & quatenus à defensor differat & num. 84.
- 20 Cognitor quis, & quale hodie eorum officium.
- 21 L. si ante acceptum iudicium, 7. D. iudicatum solui; eius auctor, & vera lectio animaduersa.
- 22 L. si ante acceptum, summas, & Accursi, ac Caroli Argumenta contra eam, vsque ad num. 30.
- 30 Accursi prior ratio ad hanc legem, reprehenditur ex num. 32. Iudicatum solui stipulatio corrigitur procuratoris causa mutata, & late sequentibus numeris.
- 31 Mutatio forma totam rem perimit.
- 33 Accursi secunda ratio ad hanc legem conuincitur, num. seq.
- 35 Lectio huius legis ex Angelo Politiano, & Gregorio Holand. qua tamen reuocatur, num. 36.
- 37 Alberici ratio ad nostrum textum, & eius reprehensio.
- 38 Vera ratio Responsi Caij.
- 39 L. si defunctus 15. D. de procuratoribus, & num. 67.
- 40 Iudicatum solui stipulatio iudicij preparatorium est.
- 41 preparatorij ad preparatum quando argumentū valeat & in iudiciis, & contrahibus.
- 42 Mors quoad voluntatis reuocationem minus, quam expressa voluntas operatur.
- 43 Iudicatum solui stipulatio facit rem non integram, si Dominus qui satisfacit idoneus fideiusor est.
- 44 Iudicatum solui stipulatione interposita, potest procurator expresse reuocari contra Bartol. & numer. sequentibus.
- 47 L. Titius, 76. D. de procuratoribus procurator causa cognita, licet etiam contestata, potest reuocari: & numero 72. cum sequentibus.

- 48 Iudicatum solui stipulatio. qua ex clausula hic fuerit commissi magna controuersia, & late sequentibus numeris.
- 49 Rogerij opinio existimantis ob rem non defensam stipulationem hic fuisse commissam.
- 50 Reprehenditur Rogerius.
- 51 Noua huius legis interpretatio.
- 52 Hugonis lectura, qui ex clausula de dolo commissi hic stipulationem ait.
- 53 Dolus quando committatur.
- 54 Hugonis sententia improbat.
- 55 Ioannis opinio verior, qui ex clausula de re iudicata stipulationem hic commissam arbitrat, & numer. sequent.
- 56 Iudicatum solui stipulatio à quo interponenda.
- 57 Nostri textus vera explicatio.
- 58 Verbum Ratum, quid significet.
- 59 Testamentum eius, qui apud hostes decessit, ratum id est firmum.
- 60 Procuratoris reuocatio ignorante actore nulla.
- 61 Noster textus in principio, & in versu. Quod si quis scien.
- 62 Noster textus, in versu. Sine etiam prohibitus.
- 63 Noster textus, in versu. Nam ut committatur.
- 64 L. seruus, 1. d. de bis, qui not infamia, & numer. 67. & seq.
- 65 Instans cum defuncto capta, transit in heredem.
- 66 Translatio iudicij à procuratore in dominum fieri potest, & conuerso, & late ex num. 69.
- 70 Accursij interpretatio prior ad leg. Inianus, 1. 1. D. qui satisfare cog. qua tamen reuocatur, numer. 71. & seq. 72, quo ad num. 77.
- 71 Procurator lite contestata efficitur dominus litis. L. 1. C. de leg. & interlicur. omn. iud.
- 72 L. 1. §. fin. D. quib. mod. pig. vel hyp. soluit. & numer. sequent.
- 73 Mutatio qualitatis procuratoris, sine defensoris ex parte rei impedit stipulationem iudicatum solui commissi: Secus si ex parte actoris mutatio contingat.
- 74 Differentia ratio inter hos casus ex Accursij, qua tamē reprehenditur, num. 79.
- 80 Defenditur Accursus à Bartoli impugnatione.
- 81 Alia differentia ex eodem Accursio, qua etiam reuocatur, num. 82.
- 82 Martini propositus explicatio, & notatur, num. 84.
- 83 Bartoli vera differentia ratio late explicata, & omnibus huius legis partibus probata, numeris sequentibus.
- 90 Mutatio qualitatis ex parte actoris, etiam stipulationem vitaret, quibus casibus satisfare teneretur.
- 91 L. 3. §. stipulationem hoc tit.
- 92 L. licet, §. 6. D. de iudicij.
- 93 L. si petit 8. inf. hoc tit.
- 94 L. si eum hominem 34. D. de fideius.
- 95 Iudicatum solui, stipulatio non committitur mutata actione.
- 96 Iudicatum solui stipulatio cessat ex mutatione intentionis, & animi agentis. L. 3. §. sed quod de iure, hoc tit.
- 97 L. 2. §. D. de administr. iur.
- 98 Iudicatum solui fideiusor, an liberetur, per appellationem a reo, vel ab actore interpositam.
- 100 Iudicatum solui stipulatio vtrum aduersum fideiussores statim committatur ita ut absque nono processu exequi possit.



EXTEMPORALIS DISPUTATIONIS

PROTHEORIA.



At satisfactionem quæ in iudicij præstantur, quamquam omnes edendant, vt res iudicio factò parata sit, vt apud Marc. Tull. in oration. pro Quint. & reorum iudificationes coarceantur, ne alias iudicium eludatur, quedam tamen non tam pertinent ad rem iudicatum, quam ad iudicandum. Primum enim in ius vocati, aut statim inire debent, aut satisfare iudicio sisti, iuxta veterum Romanorum vsum de quo de vadiomoniis, & stipulationibus, quas de iudicio sistendo, ne inuitus in iudicio repeteretur, quis interponebat, plura accuratè scripserunt Duaren. libro 1. disput. an. n. u. cap. 1. Gouean. libro 1. variat. cap. fin. Giral. leg. in dialog. dialog. 9. Rebard. ad leg. 12. tab. cap. 5. & lib. sing. pro tribun. cap. 4. & libro 1. variat. cap. 6. & libro 2. cap. 7. & in l. 6. D. de regul. iur. Guillem. Polet. de reb. Athen. cap. 25. Petr. Faber in leg. nemo de domo. 103. & in l. eo quod plus, 1. 10. D. de regul. iur. Cuiac. libro 7. obseruat. cap. 16. & libro 10. cap. 10. P. Nau. libro 10. misc. cap. 1. Ioan. Hannequin. in not. error. Accur. sub tit. de in ius vocando, Balduin. ad l. 1. 2. tab. cap. 40. Apud quos receptum fuit magistratum, aut eius viatorē minime conscio, aduersarium in ius vocare, & aut cum illo de die certa locoque, seu foro certo conuenire, leg. de die 8. D. qui satisf. cog. aut inuitum reluctanteque oborto (quod aiunt) collo in ius, hoc est tribunal Prætoris, testato tamen trahere, vt apud Plautum in Pœnula. Horat. libro 1. serm. satyr. 6. qui trahit in eius, aut testatur prius, quod & eos locis relatis à Porpyr. leg. 12. tab. verb. significatur. Scilicet. Si in ius vocat, nisi eam manum iniiciat, encapio antestari, id est, rectè eruditus Cuiac. cap. interpretatur, dict. libro 7. obseruat. cap. 16. qui reum in ius vocat, non eunte ducat manu iniecta, & antestetur: nec enim ire ducitur quis, nisi antestatus: nisi impuuis, & infamis homo in ius vocaretur, quo casu nihil antestatione opus fuisse, ex eodem Plauto constat, nam Statutio vocanti in ius, sic Lenox. Nonne antestari? tum ille: Tua ne causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram? Qui hic commereatis ciues homines liberos? meminit Duëñ. libro 1. de iudicij. & imp. tit. 4. nu. 21. Itaque constat in ius vocare non citare (vt vulgus interpretum putat) sed rem in iudicium vocare, ita vt statim ire sequique vocantem deberet, vel de eundo cauere, vel satisfare significare: quod ni fecisset, antestatione illa prius habitata, rapti ab actore, etiam inuitus, & reluctans, ad iudicium trahi poterat, nec ipse per se, aut per alium quicquam facere, quominus iret, licebat. Quo respiciunt, tit. l. §. 6. 7. & 10. libro 2. Pandect. D. si quis in ius vocatus non ierit: Sine quis eum vocauerit quem ex edicto non debuerit, D. in ius vocati, vt eant aut satis, vel cautum dent, D. ne quis eum qui in ius vocabatur vis eximat. D. de eo per quem factum erit, quominus qui in iudicio sistat, & lex illa antiqua, 12. tabular. cuius meminit Gell. libro 20. Noct. Atticar. cap. 1. & integra verba recenset ex Cicer. libro 2. de leg. Balduin. ad leg. 12. tab. cap. 40. Si quis in ius vocatur (inquit lex) si morbus, aut arve vitium esset qui in ius vocatus iuramento dato, si nollet arcanumve sermo. Et Valer. Max. testimonium, qui libro 2. tit. de Inst. antiq. in ius vocati matronam, corpus eius tangere prohibitum fuisse ait, & Non. Marc. qui in ius vocare, pro trahere, sius ducere, postum dixit, & Vlp. qui hac de causa, neque.

neque magistratum, neque Pontificem dum sacra facerent nec alios, qui iustus de causis occupati essent, aut parentes, quibus tanta à filiis deberet reuerentia, in ius posse vocari respondit. Et Horat. dict. lib. 1. serm. satyr. 9. vbi Acc. Porphy. eruditus Lab. & nouissimos Ctruchius adnotant. Et ex Plaut. Terent. Cicer. & alij critici iam adducti. Quamuis ex eis sint, qui totum hoc negent Ioan. Rubel. lib. 3. sent. cap. 1. Ioann. Bald. lib. 2. quest. iur. cap. 1. contententes in ius vocare, verbalem solum citationem, non autem violentam dictionē significare, moti Paul. & Vlp. auertentibus; Illius in l. sed & si 21. D. de ius vocat. vbi cum qui domi sit quamuis de ea inuitus extrahi non possit, plerique, r8. D. illo tit. nemo de domo, 103. D. de regul. iur.) quæ hinc veram accipientem interpretationem in ius tamen vocari posse Paul. ait huius in leg. siquis ex aliena, §. D. de iudic. vbi Vlpian. scribit, cum qui ex aliena iurisdictione in ius vocatus, venire debere, priuilegia saltem sua allegatorum: nam si manu traherentur (aiunt Robert. & Baud.) qui vocarentur in ius necesse non esset præmonere eos, aut ire venire debere. Sed hæc testimonia non mouere debuisse eruditus viros, sic enim Pauli accipiendum est, eum qui domi latitet in ius vocari posse, hoc est citari, & denuntiari, vt iudicium non subterfugiat ac forma, quam scripsit Cuiacius, libro 7. obseruat. cap. 23. Rebard. lib. sing. Protrubium. cap. 3. licet eo casu rapti non possit, ex ratione dict. leg. plerique quia domus iustissimum cuique refugium, atque receptaculum sit, quæ exortari potest ex Cicer. pro domo sua, iuxta quam accipienda est, dict. leg. sed est si quis, quæ cum ea, casu quo quis domi sit, negat inui rapti posse, hand dubio probat in aliis casibus in ius vocatū, nisi sequatur, mantrahi. Quod indicat inscriptio, tit. 6. d. lib. 2. Pandect. In ius vocati, vt eant, aut satis, vel cautum dent quæ præcipitur, vel satisfare; atque ita, non satisfarantem, inuitum duci. Nos obstat, quod dicatur ire, & non rapti, quemadmodū in d. l. siquis ex aliena, venire, namque id non excludit, quin si sponte, & vitro sequi vocantem noluerit, etiam reluctantes trahi possunt, vti animaduertunt Cuiac. & Faber. iam relati. Ergo, aut personaliter in ius vocatus ire debebat, aut vadiomoniū præstare, id est sponsores rei sistendi in iudicio, qui vades ideo dicti, quod qui eos dederat vadendi, & discedendi habebat potestatem, apud Horat. lib. 1. serm. satyr. 2. Cicer. lib. 3. offic. & 2. de senectute, & in orat. pro Quint. Plin. lib. 8. Epist. & in præfat. Hist. nar. in Caio. Sueton. in Calig. Ioseph. libro 16. cap. 10. Apulei. lib. 9. de Afin. Aut. Gell. libro 2. ca. 14. & apud alios bonos auctores. Vnde apud nos originem duxisse videtur praxis satisfarandi iudicio sistere, quod si quis non satisfarauerit, nec immobilia possideat in carcerem vt detradatur l. sciendum, 1. §. D. quis satisf. cog. & magis, ex l. 2. tit. de los emplazamientos l. 1. tit. de las ferias, l. 7. tit. de los testimonios, lib. 2. Forc. obseruat Rod. Suar. in d. l. 2. num. 7. Nec extrahendus inde est, nisi cum fideiusoribus de la Huz, vt post Roder. notat Martin. Olan. in concord. iur. lit. S. n. 3. lit. R. n. 21. Matienzo, in l. 3. tit. 16. lib. 5. Recop. & in l. 1. o. t. 16. eodem lib. Greg. verb. pero si non fallat, l. 4. tit. 2. part. 3. quamuis eo casu iure communi sufficere iuratoriā cautionem interponere, iudicio sistendi, & iudicatum soluendi, Socin. in l. 1. n. 22. D. qui satisf. cog. in Maran. de ordin. iudicior. 6. par. membr. 8. Bern. Diaz, reg. 660. quæ quidè cautio iudicia ad sententiā vique tuetur.

Rem vero iudicatum ea quæ à Tribon. hoc, 7. tit. lib. 46. Pandect. inter prætorias stipulationes annumeratur, & à Iust. ex parte. Inducitur sit. exponitur appellaturque Iudicatum solui, eo quod stipularetur quis, vt solueretur sibi quod fuisset iudicatum: vti ex eius formula constat, quam nominatim recenset Cuiac. li. 10. obseruat. cap. 29. ad fin. miror quæ omisisse diligentissimum Brissonium, qui eius stipulationis meminit Antonij Pichardi Præf. Inst. in fin.

lib. 5. de form. pag. 437. Planctus satisfarationem Iudicatum solui, illi tantum præstare olim cogebatur, teste Inst. vbi supra, qui vel reali, in persona actione, non suo, sed alieno nomine conueniebatur. Quomodo intelliges. l. de die 8. §. si seruus, D. qui satisfare cogantur, l. sed & ha periona, 35 §. non solum D. de procuratoribus. l. ad defendendum, 10. infra hoc quamuis hodie, qui alieno nomine conuenitur, & procurator est, si dominus præsens est, non satisfar: sed ipse reus sub hypotheca luorum bonorum satisfar, nisi sententia dicende tempore affuerit, fideiussores iudicatum à quo appellatum non erit, facturum, aut absens est dominus, quo casu procurator iudicatum solui satisfar, §. vero, cum seq. Inst. de satisfarationibus, l. 1. C. eodem, consonat l. 2. 1. vericul. Mas si el persequo, tit. 5. p. 3. l. 1. in l. styli. Nisi dominus litis, & causæ cuius nomine quis conuenitur, in mandato satisfarationem exposuerit, per quam ipse sui procuratoris fideiusor existat pro omnibus iudicatum solui, satisfarationis clausulis l. l. ius fam. 3. in fin. D. de procuratoribus d. l. ad defendendum, 10. infra hoc tit. §. si vero, Inst. de satisf. d. l. 2. 1. versu. Fueras ende si en la carta de la personaia dixesse se fialadamente, que el que lo fiziera personero el mismo era fia tor por el, de cumplire de pagar todo lo que en el pleyto fuisse juzgado, ca estonce non le deuen demandar otra fiaduria.

Vnde inoleuit praxis, & stylos, quo quotidie vtuntur tabolarj in mandatis generalibus ad lites, in quibus eam adiciunt clausulam, qua dominus releuat suum procuratorem ab omni onere satisfarandi, videlicet. *T' vos relieno de fianza, y caucion en forma, segun de recibo, y de toda carga de satisfaracion, sola clausula que es dicha, iudicatum solui, con todas sus clausulas acosumbradas, cuius styli & praxis meminit Gabr. Monier. in praxi, tractat. 7. de las escrituras publicas, in mandato generali ad lites. fol. 125. per quæ verba, dominus fidei iudet procuratore, qui tunc non tenetur aliter satisfare, ex dict. l. 2. 1. & Bartol. doctrina, in rubric. supra hoc tit. sequitur, & explicat Alex. in l. ius fam. & in d. l. sciendum, §. possessor. D. qui satisf. cog. Car. Molin. in extricat. laby. diuidui, & indiuid. 2. part. num. 524. Maran. de ordin. iudic. 6. part. membr. 8. num. 11. Meminisse tamen oportebit, ita demum huiusmodi satisfarationem à domino in mandato factam procuratorem releuare, quando dominus soluendo est, aut saltem immobilia possidet, iuxta d. l. sciendum, alias ea clausula nihil releuaret, cum dominus idones non sit fideiusor. Docet Bartin. d. rub. numero 6. Arctin. conf. 124. Molin. & Maranta iam relati. Pro qua sententia induci potest Accur. auertentibus in l. si verb. cautioni. C. de princip. agend. in reb. lib. 12. cuius meminit Gregor. in d. l. 4. 1. verb. en la tierra, tit. 2. p. 3. Quot tantem bona immobilia, quibus in locis possidere quis debeat, vt ab onere satisfarandi liberetur, pro explanatione re d. l. sciendum, 15. D. qui satisfare cogantur, & d. l. 2. tit. de los emplazamientos, lib. 2. fori, lato sermone prolequitur ibi, Roderic. Suar. omnino videndus, Ioann. Matienzo, in l. 10. glof. 1. num. 7. tit. 16. lib. 5. Recop. Molin. lib. 1. c. 15. n. 20. Menoch. de abitr. cent. 2. cal. 142. & de adp. poss. remed. 2. n. 9. 1. qui iudicis abittio id relinquit, Quod an hodie iure quoque huius regni admittendum sit, late Matienzo, d. num. 7.*

Vltimus, vt rem iam magis intemus, præmitendum omnino est, satisfarationem, Iudicatum solui, tres clausulas in vnum collectas habere, teste Vlpian. in l. iudicatum, 6. supra hoc tit. nempe de re iudicata, de defendenda, de dolo malo, de quorum natura, & effectu plura congregat Vigil. lib. 6. Digest. ca. 10. & nominatim de clausula de defendenda, Cuiac. tract. 6. ad Afric. ad l. fin. D. de procur. & ad l. Hæc stipulatio, 15. infra hoc tit. Petr. Faber, in l. inuitus nemo, 15. 6. D. de reg. iur. ea tamen est præcipua, quæ nomen dedit, de iudicato soluendo, & hac forte sublatæ per acceptilationem,

tionem, vel solutionem, vel transactionem, vel ab-
 solutionem, evanescunt etiam cetera, quia propter hanc
 cetera interponuntur, nempe ut res iudicari possit.
 si accepto fuerit, 10. D. de acceptil. l. cum quereba-
 tur, 13. vers. Proinde, infra hoc tit. Prima ergo clausu-
 la est de re iudicata, ut in tantum committatur stipu-
 latio, praesteturque quantum iudex debet pronuntia-
 verit, leg. iudicari, 9. infra, ex causa tamen principali,
 nam si quid rei iudicare accesserit ex contumacia, aut
 delicto rei, ad id iniquum esset fideiussores teneri, l.
 centum Capuz, 8. D. de eo quod certo loco, tenentur
 etenim fideiussores creditoribus id, pro quo fidei sua
 adstrinxerunt expressis, non ultra, etsi in obligatione
 principalis plura sint, l. si ultra, 12. Cod. de fideiuss. quia
 fideiussio stricti iuris est, Decius, consil. 107. numero
 11. vnde in id tantum obligantur, quod tempore
 fideiussionis erat in obligatione, leg. fideiussores, 69.
 pro Aurelio, D. de fideiussor. nisi & pro accessioni-
 bus quoque intercedant, fideiussor, 1. Cod. de fideiuss.
 for. resoluti Petr. Greg. 3. par. syntagm. lib. 14. c. 4. n. 10.
 & 11. Plane haec clausula de re iudicata, statim com-
 mittitur, licet exactio differat usque ad tempus legi-
 gitimum, l. 1. supra hoc tit. Iudicatum tamen accipere
 debemus ab eo iudice, cui se subdiderunt fideiussor-
 es, si forte iudicis nomen in stipulatione expressum
 sit, ut exprimi frequenter solet, ut ex huius satisfactori-
 formula constat, ibi, *Cuius rei Cuius Aquilium iudex
 datus est, quem refert Cuiac. dict. lib. 10. cap. 29. Duar.
 in paraph. hoc tit. cap. 3. prope finem, eoque respicitur
 Vlp. & Scaevola in l. 3. in princ. hic in l. cum apud 20.
 hoc tit. Praeterea necesse est, ut haec stipulatio committatur,
 cum eadem persona actum esse, quae stipulatio-
 nem comprehendit est eandemque personam intelligi-
 mus, quae eadem qualitatem, prius habebat, retinet,
 ut haec nostra leg. si ante acceptum semel, & iterum
 profiteri Cai. Viterius de eadem re, eademque actio-
 ne actum esse oportet, ut haec stipulatio committatur,
 dict. leg. cum querebatur, §. 13. infra eodem.*

Secunda clausula est de re, hoc est de causa defen-
 denda, ut nisi boni viri arbitratu lis agatur, & defen-
 datur reus, quanti hoc nomine interest, exigere actor
 a reo, & fideiussoribus possit. Accur. & ceteri, in leg.
 iudicatum, 9. & in dict. leg. cum querebatur, hoc tit.
 Res autem defensa non videtur si non insolitum defen-
 datur, leg. ex clausula, 17. inf. hoc tit. aut non loco
 idoneo, leg. iam ita tamen §. illud sciendum, supra
 eodem, aut quando certum esse incipit, neminem pos-
 se existere, qui reum defendat, l. 2. §. ob rem, supra eodem.
 Fideiussor autem solvere volens, quod ob eam
 causam debet, iudicium accipere, non cogitur, leg. ex
 iudicatum, 16. infra hoc tit. Plane si ex duobus fideiussoribus,
 qui iudicatum solvi sponderant alter ob
 rem non defensam partem sua solverit, nihilominus
 res defendi poterit, nec tamen is qui solverit, repetet,
 stipulatio enim pro parte eius perempta est, perinde
 ac si acceptum ei factum fuisset, leg. si ex duobus, 14.
 in princ. infra hoc tit. de cuius, & dict. leg. ex iudica-
 tum, 16. explicatione plura Molinens in extricat. labyr.
 1. par. nu. 17. quoties tamen ex stipulatione, in iudicatum
 solvi, ex hac secunda clausula ob rem defensam agitur
 cum fideiussoribus, caute eis debet creditor domi-
 num prius iudicio absolvi, qui ea cautio, omnia nihil
 mandari iudicio fideiussores consequentur, dict. leg. si
 ex duobus, §. quoties. Aliquando tamen, re etiam non
 defensa, stipulatio non committitur, veluti si lis mortu-
 us, finitave sit quomodo intelliges, l. 1. dict. l. cum
 querebatur, 13. haec stipulatio, §. hoc tit. Praeterea nec
 committitur stipulatio, etsi res talis sit, de qua praetor
 iudicium accipere non cogit; hoc enim continetur
 stipulatione, ut res boni viri arbitratu defendatur, leg.
 vir bonus, 18. hoc tit. secus si res talis sit, ut etiam re
 perempta expediat litem prosegui, si servus, 11. infra
 hoc tit. aut reus in magistratu sit, l. reus 12. cod. tit.

Nonissima clausula stipulationis indicatum solvi est,
 de dolo malo, id est dolum malum abesse, abfuturum-
 que esse, quae & ad principium stipulationis refertur,
 & in futurum tempus permanet, l. nonissima 19. hoc tit.

Quae doli clausula, qui non solum hinc iudicatum
 solvi stipulationi necessaria, sed etiam aliam frequens
 est, ut deduces ex l. si id quod 22. l. si quis cum aliter,
 §. 6. l. stipulatio §. 8. §. si quis dolum, l. stipulationes §. 3. l. e.
 doli clausula, 19. l. ex ea parte 12. l. si ita quis 13. §. si.
 D. de verb. obligat. multisque aliis l. iur. Ciulocis, quo-
 rum pleraque congestit erudit. Bifon. lib. 4. de ver-
 bor. signific. fol. 160. quaedam hic de doli clausula (quae
 posterior erat huius stipulationis) & d. l. nonissima, 19.
 hoc tit. aliisq; capitib. quae eius mentione faciunt maxi-
 mam afferent lucem, adducere, & attingere libuit.
 Igitur sciendum est, dolum, accipitrem vocem esse,
 dualque inter se res contrarias capere posse, alium bo-
 num esse, alium malum, veteres enim dolum etiam
 bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipie-
 bant maxime si aduersus hostem, latronemque quis
 machinaretur, ut adnotat Gell. lib. 12. noct. Atticae, 9.
 Vall. l. 1. dialect. ca. 10. D. Aug. 2. tom. Epist. 29. Esque
 ratione Praetorem in edicto non fuisse contentum
 dolum dicere, sed adiecit malum commemorat Vlp.
 in l. 1. §. non fuit, D. de dolo malo, deducesque exem-
 pla, ex leg. quia autem, 6. §. si patronus in fin. D. si quis
 omis. can. testam. l. cum pater 77 §. Titio fratri. D. de
 leg. 2. l. nihil interest, 26. D. de capti. non enim dolo
 facit, qui fraudem excludit. Et Marcellin. lib. 17. nullo
 (inquit) discrimine virtutis, ac doli proferat omnes lau-
 dandi debere bellorum cunctis. *Dolum mala, definit Seruius
 machinationem quandam alterius decipiendi causa
 cum aliud simulatur, aliud agitur, sive ut Labo de fi-
 nit, est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad cir-
 cumueniendum, fallentium decipiendum alterum ad-
 hibita, quem magis Vlpian. probat, dict. l. 1. §. dolum
 disputat accuratissime; omnino videndus, Gueueta,
 lib. sing. de dolo per tot.*

Is olim iure civili tribus tantum casibus coerceba-
 tur. Primò, ex leg. 12. tab. quando in tutela commissus
 erat, cuius testimonium extat apud Vlpianum, Insti-
 tutionum, & Ciceronem, in l. 1. §. 1. D. de iust. pect. tut. in
 princ. Inst. eod. & lib. 3. offi. vbi Cicero ipse dolum in
 tutela fuisse vindicatum leg. 12. tab. exornat Baldum,
 ad leg. 12. tab. cap. 7. num. 35. Rofin. antiq. Rom. lib. 8.
 §. 8. Secundo, ex lege Latoria, qua dolo malo cir-
 cumscriptis adolefcentibus prospiciebatur, ut d. lib. 3.
 offi. scribit Cic. & lib. 3. de nat. Deor. l. si (inquit) doli
 etiam legibus erat vindicatum, ut tutela 12. tabulis, & cir-
 cumscriptis adolefcentium lege Latoria, Et iterum, *Inde
 iudicium publicum rei primatae lege Latoria, inde curri-
 culum malitiarum omnium iudicium de dolo malo, quod
 Cuius Aquilium familiaris noster praesulit, notant Bald.
 & Rofinus: vbi supra Anton. August. lib. de legibus C.
 de leg. Lator. Tertio, sine lege, in iudiciis, quibus ex
 fide bona agebatur, ex eodem Cic. iam relato, & 1.
 Topicis, quem refert Sig. libro 1. de iudiciis, cap. 21.
 pag. 43. Bifon. libro 5. de formul. pag. 507.*

Ex quibus paulatim apparet contractus etiam bo-
 nae fidei per dolum contractus, non fuisse ipso iure
 nullos, a quo nec obligatio, nec actio, nec iudicium
 constitui possent, leg. licet, 42. §. ea, D. de procurat. l.
 si populi, 6. §. videmus, D. de negotiis gestis, sed obli-
 gationem iure civili constituisse, quia licebat se in obli-
 gationem contrahebat decipere, leg. in causae, 16. §. idem
 Pomponius, D. de minoribus (cui addes Alfian. colle-
 ctanea, 15. Ant. Rofcui, libro 2. memor. cap. 7. & 8. Pi-
 nel. in l. 2. 3. par. c. 1. ex n. 23. & ibi Padilla, n. 20. C. de
 rescind. vend. Conar. lib. 2. var. cap. 4. n. 2. Vellei. ad l. 1.
 D. de iust. & iur. lib. n. 8. (Verum in iudicio bona fidei,
 quo dolo malo factum esse solere purgari, aut
 retractari, leg. si dolo sibi; Rescindi venditionem ju-
 bebis; Codic. de rescind. vend. cuius argumentum de-
 fendunt.

sendant Ioann. Faber in §. Actionum, & ibi Gomez,
 num. 12. In fit. de actio. §. genus in leg. contractus, num.
 105. n. de regul. iur. & in leg. ex haec datus, num. 30. n.
 ad Syll. Forcat. dialog. 99. quod in contractibus bona
 fidei, etiam si dolo de causam contractus, contra-
 ctus merito iure valet licet multo reclamant, & con-
 traria sententia communior sit ex Bartol. in leg. ele-
 genter, num. 4. n. de dol. Mencl. in l. 2. num. 3. Cod. de
 rescind. vend. Couar. in reg. possessio. 2. par. §. 6. num.
 6. sed veteri ne non dicipiantur ex dict. l. si dolo, cui
 non satisfaciunt. Plane si dolo ab utraque parte inter-
 ueniat, qui contractum bona fidei stare non pati-
 tur, nullaque vrinque bona fides intercelleret, con-
 tractus totus irritus eras, §. 3. D. pro socio, l. si in empt.
 §. 5. item si emptor, l. domus, 61. D. de contrah. empt.

In reliquis porro quae non sunt bona fidei conue-
 tionibus, qui circumscripti erant, efficaciter obliga-
 bantur, sed quia iniquum legem non modo do-
 lum esse impunitum leg. in delictis, 4. §. cum dominus:
 D. de noxalibus actio. verum etiam cum detrimento
 alterius quaestuosus, ne ex dolo, 12. D. de dolo Accur.
 in l. 2. verbo, ne ex dolo, per illum textum, D. de eo per
 quem facti erit. Cuius Aquilium praetor atate Ciceroni-
 s, §. quissimus, illicque familiaris de dolo malo coer-
 cendo formulas, verissimum euericulum omnium
 malitiarum primus proposuit ut in praeciatu locis
 Cicero reuilit. Omnibus etiam in stricti iuris iudiciis,
 iure Praetorio adione, de dolo doli capere vindicari
 d. l. 1. §. ait Praetor, versicidem & Pomponius, verum
 quia ea actio vtili olim anno hodie continuo biennio
 quia grauis, & odiosa esse terminatur in leg. fin. Cod.
 de dolo adeo, ut ne litis quidem contestatione per-
 petretur, glof. & Doctores, in dict. leg. fin. Salic. in leg.
 fin. Codic. de praes. §. 30. an. vtili quae erat contrahe-
 ntibus actionem ex stipulatus, quae perpetua est, text.
 in princ. Inst. de perpet. & temp. actio. experiri, ple-
 rumque de dolo stipulatio interponebatur, dict. leg.
 si id quod, cum aliis relatis. Concipiebatur vero ita:
*Dolum malum hinc rei promissionis abesse, abfuturum-
 que esse, stipulatus est ille, spondens ille, dict. leg. ex ea
 parte, 12. & aliis modis, de quibus Bifon. libro 6. de
 form. pag. 639. & quia ea doli clausula, quae stipulatio-
 nibus subicitur, non pertinet ad eas partes stipula-
 tionis de quibus nominatim cautum erat, dict. leg. 10.
 li clausula, 11. 9. & in stipulationibus, omisum p. o. omis-
 si habetur, nec praestatur, nisi id quod nominatim
 contrahebtibus est expressum, l. quid quid adstrigen-
 dae 99. D. de verb. oblig. quemadmodum qui stipulatur
 aliquid fieri, aut non fieri, necesse non habet stipulari
 poenam, si factum non sit quod promissum est, aut si
 quid contra quam cautum est, factum sit; semper
 enim id quod interest debetur, & tamen propter
 commoditatem stipulantium, veteres cauent, ut poe-
 na adiciatur, quia plerumque difficultis fit probatio
 eius, quod interest, & ad exiguum summam redigitur,
 leg. fin. D. de praes. stipul. §. vti. Inst. de verb. oblig. sic &
 in stipulatione de dolo accipitur, ut si quis dolum praes-
 tauerit, aut futurum promissoris, heredumve eius
 metuens de eo sibi caueri velit, nihil erret ad ius cau-
 tionis, si generali doli clausula sibi de eo caueat, eo
 quo diximus modo: dum enim probet aliqua in re
 dolum admissum esse, quicumque is dolo, vel inci-
 dentiantis, vel incidit postea tunc generali stipulatio-
 ne, quae appellatur doli clausula vindicatur.*

Vides ergo hac in re ea adiecta clausula, quod sti-
 pulanti commodum sit consilium dari a veteribus, ut
 quaerant, & quaeunque in re sibi quis timeret de do-
 lo promissoris, haec iurave eius, ea specialiter com-
 prehendantur, tum deinde generalis doli clausula subi-
 ciatur, quae ad ea pertinet, quae in praesentia occurrere
 non possunt, & ad incertos casus pertinent, id est, qui
 sunt incerti, & ignoti stipulantis, eique occurrere, aut
 in mentem venire non possunt. Nam cum omnia no-

minatim complexus eris, quae specialiter comprehen-
 di possunt, non i leo inutile erit generale doli clau-
 sulam subicere, si enim potest, ut cum omnia com-
 prehenderit, quae occurrant, non tamen omnia
 comprehenderit quoniam multa te fugerint, quae
 postea emergerint, quod est consilium, quod ad prudenti-
 bus datur de doli clausula, in d. l. 3. & l. 9. D. de verb.
 oblig. in d. l. nonissima, 19. hoc tit. iudicatum solvi.

Denique quoniam noster Caius, in ha. l. si ante ac-
 ceptum, & procuratoris mentionem fecit in priori-
 bus huius legis casibus, & de f. iuris in versic. Nam
 & alias responsum est, meminisse iuuabit procura-
 toris nomen latius patere, & omnes omnino compre-
 dere, qui aliquam a iurisdictione reum aliena-
 rum gerunt, quare sub eo accipiuntur, tam illi quibus
 negotia extra iudicium gerenda, quam quibus causa-
 in iudicio agenda sine absentibus, sine praesentibus
 mandantur, l. 1. D. de procur. l. 1. par. §. 3. Defensorum
 vero cum esse qui aliquem ab iure mandato in iudicio
 defendat, vltro & sponte, l. libro 1. §. 1. §. item, D. de
 negot. §. l. tutori, C. cod. qui eo praecipue a procura-
 tore differt. Nam procurator, tam est actoris, quam
 rei, & tam in iudicio, quam extra iudicium interme-
 nire dicitur. Defensor autem tanquam modo in iudicio
 appellatur, is qui est rei procurator, actoris, quatenus
 reus est in re conuentione, & citra expressum manda-
 tum ad defendendum venit, ut in prin. Inst. de his per
 quos agere possunt, ut aduertunt omnes, & V. v. v. v.
 in parat. nu. 12. D. de procur. Vnde constat maximum
 esse discrimen inter procuratorem, & defensorem, de
 quibus Cai. in hoc nostra leg. An §. autem cognitor,
 idem quod procurator sit, dubitari solet, Alciat. ta-
 men lib. 2. par. §. cap. 5. & lib. 6. cap. 5. in princ. pro-
 curatorem esse putat eum, cui absentis per mandatum
 causa committitur, cognitorum vero cui sine mandati
 scriptura, causam suam agendam praesens litigator in-
 iungit, quod discrimen tueri videtur Goull. Bud. in po-
 ster. adnot. ad Pand. in l. moris, 9. §. solent, D. de puen.
 & cum Anian. probat Coiac. lib. 1. sent. Paul. c. 2. Vve-
 semb. ad tit. Inst. de his, per quos ager. poss. ff. in
 rub. lib. num. 4. Hotom. lib. 4. fin. ennc. 2. qui mouentur
 Marc. Tul. auctoritate in orat. pro Cecin. vbi ait,
 eos qui pro praesentibus litigant cognitores dictos,
 i em & Felt. & Ale. Pedian. in 2. Ver. qui id expressis
 docent. Sed reclamant Robert. lib. 1. sent. cap. 1. motus
 eo quod a praesente quoque procurator constituitur,
 l. si procurator, 65. D. de procurat. l. si procurator
 praesentis, 79. D. de verb. oblig. Paul. lib. 1. sent. cap. 3.
 Vnde ipse verius putat procuratores esse, qui sine ab-
 sentibus, sine a praesentibus dati aliena negotia cum
 mandato a iudicibus habent, quique lite contestata, do-
 mini litis efficiantur, a leo ut domino mortuo lis
 ad fin. ab eis perducit possit. l. nulla, 23. C. de procur. ea-
 que ratione sententia non in dominum, sed in ipsius
 procur. persona concipi debet, l. 1. C. de sent. & in-
 terloq. vnde Ciceroni pene dominus, & alieni iu-
 ris vicarius dicitur est quod & probat, leg. fin. tit. 3. p. 3.
 Cognitores vero fuisse qui litigatores iuris sui igno-
 rans, qui in iudicio agenda essent submouerent, ope-
 ratumque in lite prosequenda praestarent; similes his,
 quos nos hodie advocatos appellamus. Pio qua sen-
 tentia facti, nemo, C. de e. gnit. & prout. lib. 2. Cod.
 Theon. vbi procurator vocatur (suscceptor litis, cog-
 nitor vero alieni iuris litigator, Cognitoris tamen
 nomen, eum tempore Inst. excoluisset, & procurator
 vtrique officium comprehendere, studiose a Tri-
 boniano in iuris libris oblegatum est, ut docet docet,
 & probat Caius, in no. ad Paul. dict. lib. 1. cap. 2. Sed
 jam nostram legem explicemus



CAIUS LIB. XXVII. Ad edictum Prouinciale.

Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignoras prohibitu eum esse, egerit, an stipulatio committatur? & nihil aliud dici potest quam committi. Quod si quis sciens prohibitus esse, egerit, Iulianus non putat stipulationem committi. Nam ut committitur, non sufficere ait, cum ea persona acceptum esse iudicium, qua stipulatione comprehensa est, sed oportere etiam causam persona eandem esse, qua stipulationis interponende tempore fuit. Et ideo si is qui procurator datus est, haeres existerit, domino, atque ita acceptum iudicium, siue etiam prohibitus acceptum non committitur stipulatio. Nam & alias responsum esse, si quis absentem defendens satisfecerit, deinde vel procurator ab eo datus vel postquam haeres existerit, iudicium acceptus, fideiussores non teneri.

COMMENTARIA.

21 Habet ergo is text. auctorem T. Caium (ex I.C. tertiae classis, qui a Iuliano ad Papio. fuerit in libris nostris celeberrimum) lib. xxvii. ad Edictum Prouinciale, vt vulgaris omnibus Codicibus indicat affixa epigrapha, & contestantur Anton. August. lib. sing. de nominibus propriis I.C. cap. i. col. 1. 12. Idem lib. 3. c. med. e. 9. pag. 211. Volf. Freym. in Symph. iur. chr. pag. 467. Sanè quamuis apud omnes de nostrae legis auctore conueniat, non tamen de vera eius lectione. Quoniam eius saperatus difficultate August. Polit. vt quam non potuit percipere, nec dissoluere deorare, in sua Pandectarum Florentinorum recognitione, mancu edidit notataque sunt ea verba, qua Noricus liber non habet, cuius sententia a Gregor. Haloandro sequuta, & retenta Caij sic scripta est. Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a Domino, & actor ignoras prohibitus esse egerit, Iulianus non putat stipulationem committi. Rectè tamè eum reprehendunt Ant. August. dict. lib. 3. c. 9. Duae. ren. & Rasard. atque nouissimus Gothifr. in notis perpetuis ad hanc legem, qui eam prout a nobis propo- sita est, in omnibus vulgaris condicibus circū- fertur, retinent, iuxta quam totius contextus summa haec est.

22 Si iudicium solui, satisfatione interposita igno- rante auctore procuratoris conditio facit mutata, committitur, eo sciente, non item. Complectitur (nisi ego fallor) thesif hac tota Caij hypothesim in qua, licet eodem retento themate, plures, & diuersae spe- cies constituuntur, omnes tamen eo tendunt, vt ex mox ad Bartol. oppositione dicendis manifestum fiet. Sanè quam si proposita Caij sententia difficilis, nemo est qui non videat, praefaturque hic Bartol. Paul. Alber. Angel. & Cam. Verum quo dilucidius explicetur, Accurs. eundemque Bartol. sequutus, que ei obstant argumenta ecce.

23 Primum enim aduersus Caium ibi, Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a domino. Quibus verbis docet praeserta a procuratore satisfatione iudicium solui, a domino, id est reo prohiberi eum po- tuisse Bartoli primam oppositionem explicans, sic ar- gumentor. Mandatum re integra reuocari potest, nò postea, leg. ante litem. 16. D. de procurator. leg. si ve- ro, 12. §. si mandauero. l. si mandassem 15. D. mand. l. si pater. 3. C. eod. §. redè in par. Inst. eodem, vbi ex nu. 1. ad. §. ergo explicui, l. 24. tit. 5. p. 3. Sed per stipulatio- nem iudicium solui, qua ante litem contestatam in- terponitur, de die. 8. §. si feruus. l. Iulianus, 1. d. qui satisf. cog. l. si petitor, §. infra hoc tit. obseruat Cu-

iac. lib. 10. obseruat. c. 29. res definit esse integra, l. si defunctus, 15. D. de procurator. vbi domini morte quando adhuc integra res est mandatum extingui, docens Vlpianus (quod & nos multis exornauimus in d. §. redè, ex n. 6. ad 20. non tamen eo casu, quo iam stipulatio, iudicium solui interposita est, quia et si litem non contestat, negotium tamen quasi ce- ptum dicitur. Ergo praeserta iam cautione, etiam ante acceptum iudicium, prohiberi procurator non potuit.

Secundo contra Caium ibi, Et nihil aliud dici potest, quam stipulationem committi, quibus verbis expressè Caius vult, ante acceptum iudicium a reo procura- tore prohibito, ignorante auctore stipulationem commissam fuisse, eum eodem Bart. sic arguuntor. Ar- gumentum diuisione fitum, & necessarium est, videlicet cum nulla diuisionis forma praeterit. Marcus Tullius Topic. vbi sub §. 20. numero 7. eruditè Velez de Guenara, & multa ex nostris congerens Nicol. Enerad. in Topic. legalibus cap. 96. Sed hoc in casu nulla ex stipulationis iudicium solui clausu- lis, quas Vlpianus commemorat, in l. iudicium. 6. su- pra eod. & nos latè iam exposuimus, committi potuit, ergo non rectè Caius. Planè nulla ex clausula com- missam stipulationem, sic ostenditur. Nam ex clausula de re iudicata stipulatio committi non potuit, cū sen- tentia post prohibitionem domini nò ligaret, & inde nec fideiussores eius, l. Plautius, 61. D. de procur. vbi et si certissimum sit, actionem iudicati non solū do- mino, & in dominum, sed etiam haeredi, & in haere- dem, vt Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 2. tit. non vero, pro- curator, neque in eū datur. Id tamen ex Plautio limi- tatur idem Paulus, nisi in rem sua datus sit procurator, vel se obrulerit iudicio, cū sciat cautum non esse, id est dominum non mandasse, vt defenderet, vel man- datum reuocasse: id enim est, cū oportune reuo- catio fit, id est, ante litem contestatam, ante acceptum iudicium. Deinde nec ex clausula de re defendenda, commissam stipulationem dices, quoniam ex Caij contextu rem non fuisse defensam non deduces. Item nec dolum commissum apparet, vt ex clausula de dolo committi poterit. Ergo ex nulla. In huius diffi- cultatis explicatione, vt Bart. Angel. & antiquorū aliorum magistralibus magis, quae elegantibus, ver- bis vtar, totus pectus, totaque huius legis difficultas consistit eaque vt ipsi declinent multatam lectu- ram huius text. constitunt; quod & nos infra praer- stare etiam omnino necessarium.

Tertio contra Caium in versiculo, quod si quis sciens. Vbi scriptum est, stipulationem non committi, quo casu ante acceptum iudicium, retinet enim in hoc versiculo casum in initio propositum, prohibitus est procurator, cum Bar. hic, n. r. obiciunt pr. h. l. vbi Caius enixè docet, si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a domino, & nihilominus cū eo actum sit, nihil aliud dici posse, quam stipulationem committi.

Quarto contra eundem Caium, in versiculo, Na vt committatur, & c. vbi I. C. T. Caius resp. sui in vers. quod si quis, rationem reddidit, asserens, ideo stipulationem iudicium solui, ex l. sententia non committatur, quan- do cum prohibito procuratore scienter actum est, quoniam, vt committi, non sufficit cum ea persona acceptum esse iudicium, qua stipulatione comprehen- sa est, sed oportere etiam causam personae eandem esse, qua stipulationis interponende tempore fuit, cū Bart. nostro, sub n. 1. versic. venio ad versiculum, (què ego sic explico.) Sic argumentor. Etsi qualitas perso- nae cum qua iudicium acceptum est, siue accipitur, sit longè alia tēpore sententiae, siue accepti iudicii, que fuit stipulationis interponende tempore stipulatio adhuc committitur, vt in dicto prin. huius nostrae legis probandum est, vbi prohibitus fuit procurator, & sic eius

eius qualitas, & conditio mutata de habente man- datum, in illud non habente: de procuratore in defen- sorem. Ergo qualitate personae mutari, dum tamen eadem persona maneat, effectum stipulationis nò re- moratur.

27 Quinto aduersus Caium, in vers. Et ideo si is qui procurator datus est, qui vt superius traditam rationem in versic. nam vt committatur, comprobet, exemplo agit, probatque non solum stipulationem non committi, quando qualitas personae mutatur de habente man- datum, in non habente, verum, & cum translatio iudi- cij fit, de procuratore in litis, & causae dominum, sic argumentor cum Accurs. hic, §. stipulatio, & Bart. iā relato. Etsi translatio iudicii de persona in personā fiat, nihilominus iudicium, tenet idēquē quod cum priori persona acceptum fuit, ex Paulo lib. 5. ad edict. in leg. feruus 14. D. de his qui not. in fam. vbi si feruus furum admisit, cuius nomine dominus noxali iudi- cio conuentus, cum manumisit, & haerem suum fecit idē iudicium in haerēde continuatur, licet dānatus haeres famulos nò sit, quia non suo nomine damnatur, ergo.

28 Sexto & fortius aduersus, vers. Nam & alias respon- sum est, vbi similiter alio exēplo sum nititur cōpro- bare sententiam Caius, mutata conditione de habente mandatum in non habente, vel de non habente in habentem, stipulationem iudicium solui committi, nunquam, quoniam inquit ipse, hinc responsum est, si quis defensor (sitque is qui mandatum non habet) abentis negotia agens, & gerens, satisfationem in- terposuerit, postmodum autem a domino procurator datus sit, vel haeres existerit, quamuis iudicium acci- piat, fideiussores nò teneri. Cui est non dissimile Pap. resp. in l. 1. §. defensor. D. quibus mod. pign. vel hyp. sol. Defensor absentis, inquit Pap. cautionem iudica- tum solui praesertit, in dominum iudicio postea translatum, fideiussores ob rem iudicariam, quos defensor dedit non tenebuntur, nec pignora, qua dederunt. Cum eodem Bart. d. n. 1. sub vers. venio ad vltimum obiciō difficile Vlp. resp. lib. 7. ad Edict. in l. Iulianus, 11. D. qui satisf. cog. vbi scribit quod si antequam mandarem tibi, vt fun- dum peteres, satis acceptis petitoris fundum, & pos- tea mandato meo agere institueris, fideiussores tene- buntur. Ex qua lege satis constat, mutationem quali- tatis personae de defensore in procuratorem, siquē de non habente mandatum, in habente non corrumpit stipulationem. Huic sententiae proxima est alia eiusdem Vlp. lib. quoque, 9. ad edictum in l. in causa, 27. §. si ex parte, n. de proc. vbi non tantum committitur stipulatio iudicium solui, etiam si personae qua- litas mutetur, verum etiam iudicii translatio in dominū fiat. Quare legum cū maxima sit difficultas, ex earum dissolutione totū pēdere; proximè citato loco, Bar. ait.

Denique sub n. 3. hic opponit Bar. l. si quis, §. stipu- lationem, sup. eod. quae sanè non prima, sed secunda huius nostrae parti aduersatur, siquidem docet eo loci Vlp. quod si forte aliquis ex his, à quibus mandatum non exigitur (videlicet ex liberis vel ex parentibus, vel vit vxoris nomine, l. sed & haec personae, 35. D. de procur. l. maritus, 21. C. eod. l. 10. tit. 5. l. 2. tit. 23. p. 3.) in- terueniente, stipulatio non committitur, nisi forte eis fuerit mandatum, vel ratum habitum. Sitque eo ca- su quo personae qualitas mutata fuit. Cui sententiae accedit & alia eiusdem Vlp. in l. licet, 56. D. de iudic. ex qua constat, quod etsi quis cum procurator non esset litem contestatus, rem in iudicio non deducat, si tamen ratam rem Dominus postea habeat, videatur re- ro res in iudicio deducta indeque stipulationem committi debere, ac si ab initio interueniente man- dato interposita fuisset.

30 His tamè argumētis, & difficultatibus non obstantibus, sententia (sup. n. 2. ex nostra hac leg. desumpta; veris- sima est nempe mutationem qualitates procuratoris,

vel defensoris, post stipulationem iudicium solui, ante acceptum, non tamen iudicium contingente ignorante auctore stipulationem non vitare, eo vero sciente illam corrupti. Caius rei rationem eam esse pu- tauit hic Accurs. verb. committitur, in 2. verbo, acceptum, in princip. versic. sed responde quoniam mutata qualitate personae procuratoris, vel defensoris, ante acceptum iudicium, si adhuc illud persequatur, non idem est pro quo fuit satisfactum, sed longè diuersum vnde fideiussores teneri iniquum esset, ex his quae supra in proth. numero 15. obseruauimus, tenerent enim fideiussores in id tantummodo, quod contractus tempore in stipulationem dedu- ctum fuit, non amplius leg. fideiussores, 69. §. pro Aurelio. D. de fideiussor. ergo cum satisfecerint iudicio facto, quantum iudex aduersus dominum pronuntiaffet se praestaturus, iudicium 9. inf. eo. idque iudicium dominum, qui procuratorem prohibuit iam non liget, sed procuratorem ipsum qui sine mandato egit, ex dict. l. Plautius, 61. D. de procur. consequens est fideiussores non teneri, & stipulationem non committi. Atque id est, quod l. C. non est expressit, in versic. Nam vt committatur docens, vt stipulatio iudicium solui committatur, non sufficere, cum ea persona ac- ceptum esse iudicium, qua stipulatione comprehen- sa est: sed oportere etiam causam personae, id est qua- litatem, vt ego interpretor, eandem esse, qua stipu- lationis interponende tempore fuit. Neque in iure, 31 aut nouum, aut insolens est, eodem etiam corpore, ead- em re & specie, vt nostri aiunt, manere, si eius qua- litas, siue forma, aut accedens mutetur, totam rem mut- tam, & extinctam censeri, ex vulg. l. Iulianus, 9. §. si quis rem, ibi: Nam mutata forma prope interius sub- stantiam rer, Marcellus scribit. D. ad exhibend. l. Saeta, 6. D. de aer. & argum. l. Potest que induci l. ex hoc edi- cto, 8. in princip. D. de alien. iudic. mutandi caus. facta. Namque cum edito de alienatione iudicii mutandi causa facta, cuius verba retulit Eguinar. Bart. lib. 1. ma- nual. pag. 25. cautum esset, neque alienatio iudicii mu- tandi causa fieret, si quae dolo malo cessio quaeve alie- natio iudicii mutandi causa facta fuisset, neque arbi- trario iudicis pristina iudicii causa restitueretur ei, ad quem ea res pertineret, in quem qui id fecisse diceret, quanti ea res esset intra annum, quo primum ex- petiundi potestas esset, iudicium dādum esse, quod la- te explicant Rebuff. 2. tom. tit. de cessionibus art. 1. gl. 1. & sequent. Caiac. lib. 10. obseruat. c. 3. Ludou. Vita. libro 1. variat. quae. cap. 17. Egreuius nostror Doctōr Didac. Sahagum, Villal. in repetit. c. 1. de alienat. iudic. mutand. caus. facta, in d. l. ex hoc edito, inquit Paul. edito teneri eum, qui quamuis rem exhibeat, arbi- tratu tamen iudicis pristinam iudicii causam non restituit, itaque etsi eandem illam rem, quam iudicii mutandi causa alienauit, exhibeat, & restituit, si ta- men eius forma, siue qualitas mutata sit, exhibita non videtur, quoniam aliam iam censetur mutatione inter- ueniente. Deinde induci quoque potest, l. si quis, cum aliter, 36. D. de verb. obligat. iun. d. Duaren. hypoth. ad eandem legem, ex qua constat, quod etsi eadem illa res, qua stipulatione comprehendit contrahentes volue- runt, in eam deducta sit, aliter tamen, id est diuersa for- ma, quamuis stipulatio summo, & stricto iure, id est l. Romana, valeat. si tamen dolo id factum sit exceptio- ne data promissori, stipulationem infirmat. Denique (ne longior sim, vt multa missa faciam) non longe a nostro l. C. Caio, videtur Afric. in leg. cum quis, 38. in princ. D. de solutio. ibi: Tacite enim hac conuenio inesse stipulationis videtur, si in eadem causa maneat. De eius explicatione, plura ego in §. planè, nu. 10. Inst. de inu- lti. stipul. inducere que l. si, qui haeres, 25. §. 1. & §. fin. D. de except. rei iudic. ibi, Alia enim res est interne- niente mandato, & text. in l. qui cum tutoribus, 9. D. de tranfact. in l. Modestinus, 10. D. de excep. qui ibidem ab

ab Accursi. simul. cum nostro citatur. verb. non enim. Ceterum. quomvis multis Superior ratio plauerit. amplectendaque omnino videatur. vel ex eo quod ad I.C. nostro. statim in fronte proponatur. eidem tamé Accursi. cuius apud me multi valet auctoritas. displicuit hic. verbo. Fuit. & sane merito. quoniam si vera esset. sequeretur tã in primo quàm in secundo huius legis casu. mutatione qualitatís personæ stipulationem vitari. id est. siue actor ignoret. prohibitum esse procuratorem. siue actor sciat. utroque enim in casu mutatio fit. & aliud longè iudiciũ est. quam pro quo fideiussores intercesserunt. solæneque satisfecerunt. & tamen constat in principio legis. quãdo prohibitione procuratoris actor ignoravit. nihil aliud dici posse. quàm stipulationem committi. in altero vero quando actor sciens prohibitum esse procuratoris non egerit. ex Iuliani sententia non committi. Ergo longè alia est cuiusque decisionis ratio. vt argumentatur idem noster Caius. in l. illud quaesitum. 32. versic. cũ enim. D. ad l. Aquil. vbi plura congesit Accursi. verb. exilimati. nec dici potest vnam esse ratione eorum. quæ quædam habent decisionem. Indeque manifestum fieri Caij rationem in d. vers. Nam vt committatur. insufficientem esse. cum verumque casum non comprehendat. Quinimo nec in posteriori conuincere ex eo videtur. quoniam nec semper verum est. qualitatís mutationem stipulationem infringere. vt late adductis contra eũdem Caium difficultatibus supra ostendimus. & probare videtur Paulus in leg. & an eadem 14. §. 1. D. de exceptione rei iudicatae.

Vnde idem Accursi. hic eo verb. fuit ibi. Sed est alia quia non dolo prohibuit. cũ ille sciret. Exilimati propter doli quæ committitur. qui ad actoris ignorantem procuratorem reuocatur. commissam fuisse stipulatione in primo huius legis casu. non item in secundo. quoniam sciens. & consentiens nullus fit dolo. neque f. us. cap. scienti. 17. de reg. iur. libro 6. cum qui scit renunciant equiparatur. quæritur. 14. §. si venditor. D. de ad. l. edicto. neque qui iam certus est amplius certiorari debuerit. cap. cum qui. 3. de reg. iur. libro 6. vt enim nihil grauius est. quã si id quod ignorat quis. scire se credat. defendatque verum esse. quod aut falsum. aut non satis exporiat perceptum. & cognitũ est. vt ait Cic. de Nat. Deor. ita vice versa. nihil impudentius est. aut sciri potest. quã si quis. in rebus apertissimis. & luce clarioribus notantia præterdat. quippe vt ait Chrysol. his qui scit. & nõ facit. similis est illi. qui latenter lauat. Nam si laues laterẽ non nõ iatur. sed commoto loco fordescit. Huc pertinet. quod iudex. qui scit à sententia per eũ lata appellatum esse. vltimus certior fieri nõ debet de eo. quod prouocatum est. c. si duob. de appellatione. ergo cum actor procuratorẽ prohibuit fuisse cognouerit in secundo casu. potueritque iterum satisfacere petere. nõ id fecerit. non est. quid domino imputetur. quod procuratorem reuocauerit quem negotia. siue causam. nec gerere. nec agere sua intererat.

Hæc tamen Accursi. ratio à nobis sic exornata. quã nis in se vera sit. nec enim negari potest. quin sciẽti actoris multum tribui debeat in hac l. vt eius verba. ibi. Quod si quis sciens. &c. in finant. non tamen potest si adaptari. ver. Nã vt committatur. vbi I.C. siue opinionis. & sententia ratione reddens. neque sciẽtiæ. neque ignorantiae meminit. sed ex mutatione qualitatís personæ. procuratoris. siue defensoris totum pendere eorũ probat. Deinde Accursi. hæc ratio. quæ commisionẽ stipulationis ex dolo rei meretur. sublatẽter cõcedẽs committi. vbi dolo rei adfuit. non committitur. vbi dolo non fuit. l. non probatur. quinimo falsa omnino est. siquidẽ vt constat ex d. l. siquis cũ aliter. 36. p. de verb. oblig. dolo malus stipulationem non corrumpit. Stipulatio enim etiam dolo malo inita. si ius civile. & leges populi Romani expectemus. nul-

la non est. quia veteribus legibus ante Caiũ Aquilium Gallũ non vindicabatur dolo in contrahendo admittis. nisi in his iudicijs quib. ex file bona agebatur. Cic. lib. 3. Offic. quomvis iur. Prætorio propter exceptione doli. vel de dolo actione stipulatio inutilis & inefficax redderetur. dict. leg. siquis cũ aliter. Si quis cum alter consensisset obligari. inquit Vlpian. aliter per machinationem obligatus est. erit quidẽ subtilia. re iuris obstrictus. sed doli exceptione vt potest. idem in leg. nihil interest. 112. D. reg. iur. l. Codic. de inutil. ergo cum ex sententia Accursi. stipulatio hic ob rei dolum committatur. eo cessante non ita non quidẽ ope exceptionis. siue actionis de dolo. sed ipso iuris rigore. vt ex nostro text. constat. quod tamen benè fundata iuris prudentia non patitur. consequens est eam ex iuris ciuili Romanorum principiis non procedere.

Quid ergo hac in re. quod certum sit constitui potest. Et ecce iam necessario amplectendã. vbi difficultate deuenimus. Angel. Polit. in hoc caput castigationem siue. & auctorigate Pandectarũ Florentinorum factam. & ab Haloand. libenter sequutam referente doctissimo Ant. Augusti. voto sane inter Græcos. & Latinos nemini proponendo. lib. 3. emendat. cap. 9. pag. 21. nam cum Caius hic. in versic. Nam vt committatur. ex mutatione qualitatís procuratoris decisionis rationem fluere constanter docuerit. generatque illa contingente stipulationem non committi. vt repugnãtia. quæ communi litera retenta ex initio huius legis oriebatur. cessaret. vbi etiã mutatione contingente adimus stipulationem committi. hoc caput. vt iam supra num. 9. dixi. sic edidit. Si ante acceptum iudicium prohibuit fuerit procurator a domino. & actor ignorans prohibuit iuris iuliani non putat stipulatione committi. Nam vt committatur. &c. quæ lectione retenta. nulla est integro capite decisio. in qua mutatione cõtingente stipulatio non euascat. vt planè nunc colliges si in teceptis quæ desiderantur. iuxta hanc lectionem verbis. an stipulatio committatur. Et nihil aliud dici potest quam committi. Quod siquis sciens prohibuit esse egerit. priora. & posteriora vnicõ capitis contextu. & vnus veluti decisionis si lo legeris. itaque si lectionem eam probamus mire Caij nostri ratio. omnibus huius capituli casibus concinit. & quadrat. Nec est quare in alijs quærenda multum olei. aut operis consumamus.

Quid ? sequenda est Ang. Polit. & Haloand. audacia. ne dicam impudentia. gauderent antagonista nostri. quibus cum laborioz istæ lucubrationes Politiani. & Haloandri latuerint. nihilque elaboratum. iuxta Caij decisionẽ. & ratione afferre valuerint. nõ iniuria contumeliaz verba in nos facerent. quibus ab Academiẽ doctissimo. & nobilissimo Rectore D. Gomezio de Figueroa. Caius explicãdus. defendendus. non impugnandus datus fuit. Sed Dij benè veritatẽ. & benignius res nostras aspiciant. vt quo Augusto numine rem sumus aspiciant. sicut quoque imponamus. quãtãque ceteros in abstractis his explicãdis difficultatibus. nodosque I.C. responsis. ex pondis præstemus. manifestum fiat. Ergo cum Politiani. & Haloandri temerariam manum rephenderit Ant. Augusti. Ludou. Rufiard. duar. & Gostifed. à nobis iam relati. eam quoque. & nos damnamus retentãque communi. & vulgata lectione. quæ huius capituli vera ratio sit infirmemus. quod an præsterit alij. lectorum iudicium est.

Ergo commissã alia explicatione Alberici. qui in hu. 37 ius legis commentariis sub n. 5. versic. quãsi lato sermone nititur ostendere ob culpam & negligentiam actoris in posterioribus casibus. non commissã stipulationem. in priori committi. quoniam quæ ignorans fuerit nulla eius culpa potest considerari. quæ interpretatio ex eo displicet. quoniam nec mēi. nec ver-

bis l. Quadrat. qui vt sapius aduimus totũ mutationis qualitatís procuratoris. siue defensoris tribuit. Dicendum est defendendum adhuc Caij ratione in versic. Nã vt committatur. proxtã nobis late supra exponitur ex n. 30. nempe mutatione qualitatís personæ. idco stipulationem vitari. quoniam aliud iam iudicium est. quam pro quo fuit satisfactũ. & inde fideiussores non tenentur. Nec obstat principũ huius l. in quo procuratoris persona mutatur. & nihilominus stipulatio committitur. quoniam ea mutatio. quæ ignorante actore contingit. iuris interpretatione non attenditur. perindeque est ac si facta non esset. Vnde quemadmodum mutatione non facta. nec iudicio translatõ committitur stipulatio. Iudicium solui. ex præcipua clausula de re iudicata. committitur eo casu. quo à lege fingitur non mutata. Quod quia opportunitas infra in explicatione secunde difficultatís discutiendum. & probandum est sub n. 53. pluribus nunc non ago.

Sed ita eam. & alias quæ adducimus dissoluamus : quæ Cato non obstat. Non prima ex dict. l. si defunctus. 13. D. de proc. Cui ex Accursi. verb. libera potestas. ad finẽ. in laote litem. 16. D. de proc. respondet Bartol. in præsentis. quod etiã verum sit satisfactioe iudicati solui interposita. rem integram esse desiderari tamen accipiendum est. quod tacitã reuocationem. quã ea stipulatio excludit. ex dict. l. si defunctus non quoad expresse. quæ ex reuocatione. prohibitione. siue mutatione colligitur. ex nostra l. si ante acceptum. docuerat id idem Bartol. in dict. leg. si defunctus. & in dict. laote litem. & in dictis locis copiose Bald. Angel. & Ruyh. hic num. 1. Alex. in l. non solum. §. morte. n. 1. D. de oper. nou. nunc. Socin. regul. 3. 1. lim. 9. Petr. Collal. in 1. paduẽ. in Pand. in not. ad dict. l. si defunctus. secunde Duar. in paraph. D. de proc. cap. 9. ad fin. Gregor. Lopez in l. 2. verb. Comenzado por respuesta. ad fin. tit. 5. p. 3.

Pro qua interpretatione considerari potest satisfactioem. iudicatum solui iudicij initium non esse. sed eius præparationem. vt nostri loquuntur. ea autem quæ præparatoria non facere desinere re esse integram ex Vlpian. in leg. si pecuniam. §. D. de cond. dict. causa dari. indeque reuocationem etiã ea præstita. dum tamen iis non sit contestata. tempus huius esse. quoniam iuris vulgo circũferti solet præparatorij. & præparati (vt nostri aiunt) idem esse iudicium. late Doctores in Rubrica. extra de iudic. & in Rubrica. Codic. de edendo. illa tamen regula ex communi omnium sententia tunc procedit. dispositumque in præparati ad præparatoria porrigitur. cum ea inter se coherent. vt commode separari non valeant : secus verò vbi essentialiter sunt diuisa. & vnus sine alio commodè consistere potest. vt post Decium in dict. ub. de iudicij. 1. lect. late Menoch. libro 6. præsumpt. præsumpt. ex numer. 16. vt in hoc de quo agimus casu. in quo licet interpositio cautionis. iudicatum solui. ad litem contestationem videatur ordinari. quia tamen essentialiter ei non coherent non facit re integram esse desinere. prout ipsa contestatio faceret. Cuius rei optimũ simile reperitur. in l. si parendi. D. de conditione causa dari vbi institutus sub conditione dandi. animo parendi. dedit. & nihilo magis ex eo videtur a iudice. cum possit repudiare. & datum quãsi causa non sequita conciedere. Facit. præparatoria contractus. ipsum contractum perfectũ non reddere. l. contractus. 16. Cod. de fide instrum. l. si voluntate. §. C. de rescind. vend. vbi licet super venditionis cõtractũ fideiussoriam cautio interposita sit. adhuc tamen res integra esse dicitur. adeo vt possint contrahentes ab ea nudo etiam consensu discedere. quod vbi res omnino est integra permittitur. l. 2. illib. tit. l. ab emptione. §. D. de pactis. l. 1. & 2. C. quando

licet ab emptio. disced. quam sententiam dict. l. 3. extollit Molineus in consuetudinibus Parisiensibus. 2. p. §. 5. gloss. 1. num. 32. Potestque non male induci Pauli sententia. in Lampius non potest. 15. D. rem ratam haberi. vbi in cautione de iudicio sistendo. quæ huic nostræ simi is est. & ad iudiciorum institutionem æque necessarii (vt late supra in prælochio. ex num. 1. præfati sumus) eius interpositione Paul. ait. iudicium ceptum non esse. ea quippe ratione. nam qui illam interponit non petit. sed petere vult.

Ergo minus operatur mors. quoad voluntatís mutationem attinet. quã expressã voluntatís. & sanè re- & cessã enim morte voluntas. l. locatio. 4. D. locati. quam exornant à nobis relati. in §. fin. 4. Inst. de locatione. reuocatio vero contrarium inducit. leg. dispensatorem. §. 2. D. sol. Item voluntatís cessatio. quæ morte inducitur præsumpta est. quæ reuocatione expressã. & inde longe vtriusque dissimilem effectũ. quid multum inde iudicij præparatoria. & in alio quoque casu morte non finiri. sed potius ad hæc des transmitti. integramque principalis causæ ius trãf. ferre prebat bonorum possessio. quæ litis agnosce. de gratia in querela testamenti concedi solet liberis. l. posthumus. 6. §. fin. l. Papinianus. §. 1. D. de inofficio testamẽ. Vltimus. licet decesserit dominus. eo tamẽ quod satisfactioe pro procuratore interposita obligatione adstringitur. in eadem voluntate durare præsumitur. ex Vlpiano. in l. si ego. 10. §. si res. D. de iure dotium eam & vltra vitæ tempus extendere. quo casu mandatũ morte non dissoluit certi iuris est leg. si vero. 12. §. fin. d. mandatũ. leg. fin. in 1. p. d. de sol. iudic. hisque pro vera eius lectione. & explicatione eũdem eruditõ Cuiac. lib. 1. obseru. c. 38. notariimus in §. recte. in 1. Inst. de mandato. Potestque & alia non inuolubilis inter vtriusque casum differetia constitui ratio. quoniam si satisfactioe iudicati solui. interposita decedente domino. iudicium suscipere cogi non possit procurator. vbi compellitur in dict. l. si defunctus. ob rem non defensam committeretur. secus vero si prohibitus procurator sit à domino. quoniam tunc ex integro cauendum sit. nihil interest stipulatione commissã. ex posteriori agi. Est tamen hinc consequens in dict. l. si defunctus. defensionem fuisse necessariam. indeque mandatũ morte non extinguitur ex Pomp. in l. fundi venditor 33. §. item si amicus. d. de acq. poss.

Ex qua interpretatione duo notabilia in præxi deducuntur alterum quod cũ hodie. vt iam supra admonuimus. in omnibus mdatis. & procura oriis instrumentis satisfactio iudicatum solui. à domino cõstituentẽ interponatur. consequens est. mandatũ ad litem morte non finiri. siue procurator fuerit constitutus præfens. & acceptans. siue absens. dum tamen postea acceptet. licet sit magistratũ cũ nostris loquax. ex dict. leg. si defunctus. in hãca noua decisione Clemẽtina. 1. de procuratoribus. docet Bald. in dict. l. si defunctus numero 2. & eo non relato Angel. hic num. 4. quã tamen sententiam ita demum veram esse intelligit Bartol. in dict. l. si defunctus. quorũ dominus. qui satisfactioem præstiterat idoneus fideiussor est. iuxta ea. quæ traduntur in l. sciendum. 1. §. d. qui satisfacere coguntur. & diximus supra in prohi. numero 12. alias enim satisfactio non efficeret rem esse non integram ; sequitur Robertus Marant. de ordin. iudic. c. p. membr. §. numero 1. Suar. in l. 2. tit. de las plazamientos. §. nonne oportet. num. 3.

Aliud. etiam interposita stipulatione iudicã solui posse procuratorẽ reuocari. ex nostra. l. si ante acceptum. siue ea interposita sit à reo. vt nonnulli hic cõtendunt. siue ab eodem procuratore. iuxta aliorum opinionones quod tamen difficile videtur. ex Bart. doct. hic num. 3. in fin. docentis. quod si aliquis ab initio defensor exiit. siue mandato. præfateque actori

actori satisfactionem iudicatum solui eius mutatio post litem contestatam inuito auctore fieri non poterit; nam cum ille defensor inquit Bartolus, ceperit esse obligatus actori ista actio non potest auferri ab initio, l. si Syecham, §. §. fin. veris. Non tamen D. de nouar. Adde ego Bart. vltra alios, bellissimum Iuliani resp. in l. Titius 76. D. de procur. ibi: Defensor cum satisfecerit, domini loco habendus est.

45 Vt sic constet, tam ex parte defensoris, quæ ex parte actoris, id est, tam ratione iuris, quod in causa defensor habet, quam ratione obligationis, & actionis ex stipulatione iudicatum solui, actori quasi reuocationem non admitti. Eademque, & in ea quam procurator præstitit, posse animaduerti, cum ea præstita ipse, cuique fideiussores actori ceperit obligari, cui inuito ius hoc auferri non potuit, ex l. C. ratione, in dict. §. fin. ibi: Non tamen si quis stipuletur sibi, quod mihi debetur, auferri mihi actionem.

46 Verum quidquid velit Bartolus (quod tanti præceptoris, venerandique patris pace dictum sit) longe verius credo, & procuratorem præstita etiam satisfactione, iudicatum solui, & defensorem etiam iam lite contestata posse prohiberi, neutroque casu eorum fideiussores teneri. Quod vt contra Bart. ipsum verissimum, ostendamus, aliena, aut extranea non sunt inducenda testimonia, sed nostri l. C. Caij in hac nostra, l. si ante acceptum, qui stipulationem non committi, quo casu prohibitus fuit procurator (omitto discrimen scientie, vel ignorantie actoris, de quibus casibus nunc non dissero, agam tamen postea) ante acceptum iudicium, præstita tamen iam satisfactione iudicatum solui, initio huius legis admonuit. Idem & in defensore, etiam quo casu iudicium accepit, si eius qualitas fuit mutata, in versio. Nam & alias responsum, in fine huius nostræ legis, qui est eo tantum casu probare videatur stipulationem non committi quod mutata iam conditione acceptum fuit iudicium, ait enim Caius; Nam & alias responsum esse, si quis absentem defendens satisfecerit, deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam heres ei exiit, iudicium accepit, fideiussores non teneri. Idem est mutatio post acceptum iudicium contingit a ferendum est ex nostræ legis principio, iuncta expositione Acc. si, quam ceteri omnes sequuntur. Illa namque verba ante acceptum iudicium, non iuris mysterium, sed facti notant contingentiam, vt Ang. lus animaduertit; cum & post possit, dum tamen causa adit procurator prohiberi, leg. post litem. 17. D. de procuratoribus vnde sic etiam lite contestata posse similiter defensorem vetari; alioqui dicendum, potentius ius defensoris, quam procuratoris esse; quod tamen nemo dicit, si modo sapiat. Potestque considerari, reuocationem procuratoris satisfactantis in eius commodum, & vilitatem remque verti, cum eo ipso mandatum, & expiret, sicque eius si fideiussores liberentur, ex vulgatis.

Nec obitat inductio, l. si Syecham, §. §. fin. D. de nouationibus, quoniam tam in primo, quam in posteriori casu, quoties, inquam, vel procurator præstita iam satisfactione iudicatum solui, prohibetur, vel defensor lite iam contestata personam mutat, aut propter expressam prohibitionem, que causa cognita admitti debet, litem deserit, vel inquit, vel sponte, & vltro, ex integro semper candendum erit actori: ne alias iudicium in posteriori hoc casu illusorium redderetur, quo casu nullum ei præiudicium sit, nec dici potest inuito actionem tolli, cum non tollatur, sed potius nouetur, interuenit, videlicet nouæ satisfactionis, Quomodo supplendum, & explicandum Bart. doctri- nam dict. num. 3. var. Sed quando ab initio exillimo,

47 Quam non magis probat d. l. Titius, 76. D. de procuratoribus quoniam est verum sic præstita à defensore satisfactione domini loco habendum enim esse, non

tamen inde sit consequens non posse eum renouari, siquidem, & procurator, etiam nulla satisfactione interposita, post litem contestatam dominus liti, & causa dicitur, l. procuratoribus, 22. ibi. Post contestatam litem dominus effectus, nulla dobitatio, 23. ibi, Vt potest dominum liti procuratorem effectum C. de procurator. & tamen recte tunc causa tamen prius cognita, potest renouari, dict. l. post litem 17. D. de procurator. Præterea considero ideo, in dict. l. Titius, quem male in procuratore accipiunt ibi interpretes, quibus accedit Eginarius Baro, defensorem iudicium etiam inuito, post satisfactionem accipere compelli, quoniam desijt reus esse soluendo, parumque defensori præstaret Prætor, si enim nõ cogeret iudicium accipere, cum ad fideiussores eius actor ire posset, & hi quicquid præstaret, à defensore consequi possent, quæ ratio l. C. mouit. Ergo ex ea sit nõ obscure, quo casu reus esse soluendo, atque ex integro caueret actori, potuisse ab eo etiam iam lite contestata prohiberi defensorem, cum auctore conditio deterior non fiat. Cuius non interest ex hac, vel ex illa satisfactione, rem iudicatum consequi, dum ea semper iudicio facto parata sit, qua vna ratione cum Marc. Tullio in oratione pro Quintio, & Cuiacio l. 10. obseruat, cap. 29. inductam stipulationem iudicatum solui, supra in protheois initio admonimus.

48 Maiorem difficultatem continet sequens argumentum à diuisione, cum Bart. sup. n. 1. inducitur, ex quo probari videbatur, nulla ex clausula satisfactione iudicatum solui eam hic committi potuisse. Nondum hunc, vt dissoluant auctores, in varias ferunt opiniones, quorum nonnulli ex clausula de re iudicata, alij ex clausula de re defendenda, alij ex clausula de dolo, commissam stipulationem extendunt, atque propter diuersas has sententias, diuersas lectiones huic legi assignari constat ex Acc. nostro, verb. Acceptum. Bart. num. 1. vers. Huius timore, & reliquis omnibus antiquis qui eas explicat, & profertur, & cum nos d. num. 1. 1. ex Bart. disputationis gratia, nulla ex clausula committi potuisse ostendimus, Acc. versa vice, ex omnibus commissam fuisse ostendit, d. verb. Acceptum. Ergo quæ eorum opinio verior sit, quæ iuris & artis nostræ principijs magis consona, que denique T. Caij verbis, & menti magis quadrans, discutendum nobis erit. Id explicatio huius c. expostulat, quod cum profectum ius dorem, non quidem exitem, aut tenuem, sed fertilem, & diuitem, habeat, aduentitia, & extra nitandes non est, vt aliqui ex nostris antagonijs existimantur, qui per emendicata (vt aiunt suffragia ambulantes, cum locupletissimum hoc nostræ legis patrimonium, vel eos latuisset, vel ab eis percipi non posset, tortuosa eius Mæandra nauigare non aui auditores suos nugis, & fabulis pluribus prælectionibus captarunt, quo vsque nos qua iter agendum esset ostenderemus, quem admodum, & quæ fuisse incipiendum, vt ex eorū scriptis, post nostrâ traditis, deprehendi, haud obscure poterit. Sed jam ad Acc. & antiquiores.

49 Prior ergo opinio ab Acc. verb. committatur, vers. comitti, & d. verb. acceptum, in initio recitata est. Roger. asserentis ob rem non defensam stipulationem hic fuisse commissam, quoniam est verum sit rem fuisse defensam, adumque iudicium cum eo procuratore, quem ignorant actor reus prohibuit, & reuocauit, cum tamen eius conditio mutata fuerit de habente mandatum in non habete aliud profus iudicium est, quam pro quo fuit satisfactum, & ab alio defensum, quam quem a defensorum fideiussores re-promiserunt, & cū persone, aut saltem eius qualitas mutatio facta fuerit, perinde est, ac si non fisset defensam, indeque recte Caius, ob rem non defensam, stipulationem committi docet.

Verum hanc Caij mentem non fuisse, ex eo fit apertum,

apertum, quoniam vt ex clausula de re defendenda stipulatio non committatur, satis est non ab eadem persona, que stipulatione comprehensa est, sed etiam à quacunque alia rem defendi, leg. si quis, §. §. si reus ibi, si nemo eum defendat, sup. h. t. vbi si reus qui iudicatum solui promissus, postea abiens factus sit, vel demens, vt in Pandectis Florentinis, tunc ob rem non defensam committitur stipulatio, quando nemo eum defendat, quoniam vt generaliter, d. l. §. ob rem ait, ob rem non defensam stipulatio non committitur, quando potest existere qui defendat. Rufus, leg. jam tamen, §. §. nunc videamus, sup. h. t. qualis defensio requiratur, & quantum peronarum, ne clausula de re defendenda committatur tradens, resoluit, quod siquidem ex personis enumeratis in defensionem quis succedat, palam est recte rem defendi, nec stipulationem committi. Idemque si extrinsecus defensoris persona interueniat, si modo is (pente actor, vt ego existimo) paratus fit modo boni arbitratu defendere, hoc est satisfacere se defensorum: vel etiam si sine vlla satisfactione sit admissus quia sibi imputare debet, qui talem defensorem admittit. Ergo si reus defensa dicitur, vt stipulatio, ex clausula de re defendenda, non committatur, etiam quo casu extrinsecus persona defensoris interueniat: longe magis idem dicendum erit, quando eadem persona, que stipulatione comprehensa est, rem defendit, etiam si eius qualitas, & conditio mutetur, quod enim in duabus personis receptum est, nempe, & rei satisfactantis, & defensoris extrinsecus superuenientis, quare in vna eademque recipiendum non est, vt in alio proposito argumentatur Vlp. in nobili illo suo responso, relato in leg. singularia, 15. D. si cer, per, ex quibus jam constat aduersus Roger. in hac nostra, l. si ante acceptum, ex clausula, de re defendenda, id est ob rem non defensam stipulationem commissam non fuisse, ergo cum commissam, in prima huius capituli parte docet Caius, alia iuris ratio quaerenda est.

51 Illud tamen, an eamquam hinc abeamus, ex suspecti obseruatione, tam verè, quam nouè (nisi ego fallor) pro explicatione nostræ legis descendit, quod est, ne ex ceteris clausulis, videlicet de re iudicata, & de dolo malo stipulatio iudicatum solui committatur, mutatio non solui persone, sed & conditionis, siue qualitates eius præsertim constet ex nobis eadem lege, vers. quod si quis, vers. Nam vt stipulatio, vers. & ideo, & vers. Nam & alias, latiusque infra dicemus, id tamen non aimititur in clausula de re defendenda, sufficit enim à quacunque defendi: committiturque tunc si vel res insoluiti defensa non sit, vel non loco idoneo, aliter in casibus quorū meminimus sup. n. 17. itaque ex eo quod res non à satisfactante, sed ab alio defendatur, eorum stipulationem non dicemus, quod an ad hanc legem alij considerauerint, diligenter lectoris iudicium est.

52 Sequens nostræ legis lectura (vt antiqui aiunt) siue interpretatio, est quam ex Hugone insinuauit noster Acc. verbo, committatur, in fin. & verb. Acceptum, vers. Idem si dicas, vers. Bart. d. n. 1. referuntque posteriores nouissima, videlicet, ex clausula stipulationis iudicatum solui, nempe de dolo, id est, dolum nullum abesse abuturumque esse, commissam eam fuisse. Neque enim caret dolo reus, qui actor non certiorato prohibet procuratorem, vt sic, cum eo homine iudicium accipiant, & dispartent, qui legitimam personam in eo non sustineat: eum nec suo, nec alieno nomine iure defendat; aduersus quem lata sententia ex clausula de re iudicata, neque dominum, reg. l. p. l. 6. D. de proc, neque eum, quia nulla aduersum ipsum actio erat, ligare poterit. Ergo dominus, qui procuratoris constituit, pro eoque satisfecerit, mox auctem illum auctore ignorante prohibuit; eum iudicem, etiam circumducit: aliud enim simul auit, aliud egit: ergo dolum commisit, vt Caius inilio (qui primus de dolo formulas proposuit) placuit apud Mar. Tull. lib. 3. de natu. peor. lib. de offic. c. idemque Cicero in Topicis, Seruio, Sup. in l. 1. D. de dol. mal. Sexto Pædio, in l. iustigentium, 7. §. do-

Antonij Pichardi Præf. Institut.

lus malus, D. de pact. Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 8. Avr. Aug. to. 8. Pl. 1. 4. 31. & 49. & to. 9. c. 1. 10. tract. 7. & Rufus, to. 10. lib. 50. hom. mil. homil. 20. Quorum sententias aduersus Labeo, & Vlp. grauitur, & aucte defendit Hispanus Vellei. Gueo lib. 1. de def. dol. mal. Ergo dolo, & frans domini, nocere ei debet, non actori, qui iusta, & probabilis ignorantia ductus, cum eo homine causam egit, quem dominus suo nomine adesse initio voluit, aut saltem simulauit, alioqui iusta, & probabilis ignorantia abesse actori, quod tamen bene fundata iust prudentia non patitur, vti latius inf. insinuatque Caius, ibi, & actor ignorans, & ibi, quod si quis sciam primo etenim in casu eo quod ignorantia auctus ex parte actoris etiam post prohibitionem stipulationem committi docent sequentia, quia prohibitionis scientiam habuit, non item. Committi præterea dolo à reo potuit, & in ipsa quoque sententia, iudicem falsis instrumentis testib. & allegationib. accipiat, vt pro eo sententiam ferat: sique res non viti boni arbitrio, sed dolo, & fraudulenter agatur, ex quibus Acc. de verb. Acceptu in fine, Hugo, opinione defendi posse putat.

53 Eam tamen improprio Bart. d. n. Cuman. n. 3. & lanè recte, quoniam, & si stipulatio ob clausulam de dolo ab interesse comitatur, ex ratione, l. iudicatum, §. l. nouissima, 19. inf. eod. ligaturque sententia reum eodem modo, quo ligaret si prohibitus procurator non fuisset, vt ex h. l. principio constat, nihil interest actoris ex clausula de dolo agere. Quinimo, si memineris eorum, quæ sup. in proth. diximus, n. 15. in p. ex ea committi non potuit, cum ex clausula de re iudicata fuisset commissam (vt mox audiemus) ex qua si stipulatio, iudicatum solui commissa sit, euanelescat ceteræ, quæ ob hanc solum interponuntur, dict. l. si accepto, c. d. de accept. d. l. cum querebatur, 13. vers. proinde inf. eod. Deinde cum pro auctore iudicatum fuit nihilque ei dolo ubi fuerit, neque effectum habuerit, quomodo potuit ex eo stipulatio committi? vt in alio proposito dicebat Vlpian. in l. 1. in fin. D. quod quisque iur. Quid enim iure ille obtulit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum? venique si ex clausula de dolo commissam fuisset stipulatio, Caij ratio in vers. Nam vt committatur, esset inepta, cum non ex mutatione committeretur, vel non committeretur, sed ex dolo.

54 Ergo cum ex argum. diuisione reliquum iam sit ex clausula de re iudicata, commissam stipulationem huc fuisse, que fuit antiqui Ioan. Glossatoris opinio ab Acc. hic, verb. committatur, & verbo, acceptum, vers. Item si dicas secundum, relata, & Bart. d. n. 1. semel & iterum sequuta, quid ex h. l. & regulis stipulationis iudicatum solui, constet, è re jam erit ostendendum, quod sanè non erit difficile, si qui obstat ex Platius scrupulum remouamus: namque cum hic prohibitus factus ante acceptum iudicium procurator à domino, & post prohibitionem, adhuc se hui obtulerit sententia in eo iudicio lata eum, non vero dominum ligare debuit, ex d. l. Plantius, & l. si non obtulit, 4. in pr. D. de re iud. l. si procurator, 28. §. fin. ibi: Quis nec iudicanti mecum agi potest, d. de procur. Regia, l. si. vers. mas si, tit. 5. p. 3. vbi multa Gr. Lop. & plura Bar. biaz, reg. 68. vbi plures referunt eius aditionator. Vnde cum alia sit, quam pro qua fideiussores satisfecerunt, & interposuerunt enim fidem suam, sponderuntque eam sententiam se præstaturus, que aduersus dominum lata fuisset, eos teneri iniquum esset, cum in id tantum obligentur, in quod obligari voluerunt, vt jam diximus in proth. ex quibus consequitur ex clausula de re iudicata stipulationem committi non potuisse. Scrupulum remouet Io. quod est regulariter sententia lata aduersus procuratorem, qui sine mandato expectitur, quia iam prohibitus est, non liget dominum, sed ipsum procuratorem, & in hoc tamen casu dominum ipsam ligat, quia videlicet procuratorum auctore non certiorato renouat, cui iniquum esset probabilem ignorantiam obesse, Acc. Ioann. & opian. & explicationem sequitur. Bart. sententiam probat. Solutionem non pro-